



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies
quadraginta**

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

Quomodo Christus debellauit Satanam, & expulit à regno suo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

tute sed Deo, qui donec pendamus peccati debitum nos subiecerat illi, quod nunc persolutum est à Christo.

Quomodo Christus debellavit Satanam, & expulit à regno suo.

CAP. II.



Imperatores post insignes suas victorias & triumphos, curarunt habere qui scriberent eorum praelia & victorias Herodotum, Homerum, Iustinum, Titum Livium, Suetonium, Valerium, Eutropium: scriptura autem tam veteris quam novi instrumenti, tanquam unum ex precipuis mysteriis Messiae, exponit & bella & victorias Messiae, de quibus fusissimè Ezech. 38. 39. Zac. ultimo, & Soph. 4. & David, Psal. 71. Unde bella veteris testamenti, de quibus in lib. Moyfi. Iudicum & regum, adumbrabant bella & triumphos Christi, per quae liberati sumus maximè à peccato, Psal. 71. & 129. Siquidem anima potior est corpore & bonis, quae mundus potest sibi subijcere tyrannide. Attamen liberatio à servitute istorum corporalium plurimum confert ad libertatem animae: Quomodo (in-

Ezech. 38. 39.
Zach. vlti.
& Soph. 4.
& David
Psal. 71.

Psal. 71.
& 129.

136. & psal.
105.

quit) cantabimus canticum Domini in terra aliena? 136. & Psal. 105. Salua nos domine Deus noster, & congrega nos de nationibus, vt confiteamur nomini sancto tuo & gloriemur in laude tua. Vnde Rabbi Moyfes ben Maimon in suo Deu-tero. tit. de pœnit. c. 9. dicit, quod etiam liberatio corporalis, facit ad spiritualem à peccato, de qua numeri 23. Liberabit filios Seth, id est, omnes filios Noe, qui fuit ex Seth, Propter hoc (inquit) desiderarunt Israel & Prophetæ & sapientes eorū, dies Messie, vt quiescant à subiectione regnorum nequam, quæ dimittant Israel, vt laboret in lege & præceptis & inueniatur in eis requies & multiplicet iustitiam per quam mereatur vitam futuri seculi. Idem fermè dicit titulo de regibus & bellis eorum cap. vlt. tempore (inquit) Messie non erit bellum, fames, zelus, &c. sed omnia in abundantia vt nullam habeant curam nisi cognoscendi Deum. Idcirco Messias debet vincere omnes nationes gentium, & educere Israel ab earum subiectione. Dominus enim dicitur vir pugne. Exo. 15. In cuius nomine, 1. Reg. 17. Dauid deicit Goliath: quod quidem nomem com-

Exod. 15.

1. Reg. 17.

municauit Messiaë ex lib. Sanedr. cap.
 Zach. i. vir equitans, &c. Attamen oppo- *Zach. i.*
 situm eius quod dicit iste Rabbi, patet in
 rerum natura. Diuitiæ enim & pax tem-
 poralis potius dant occasionem peccati,
 Deuteron. 8. & 32. impinguatus, dilatatus *Deute. 8. &*
 incrassatus recalcitrauit, idē prouerbio- *32.*
 rum 20. Quod autem Messias non sit vē- *Prouer. 20.*
 turus vi armorum corporalium, Esa. 42. & *Esa. 42. &*
 Matth. 12. Non contendet, neque clama- *Matth. 12.*
 bit, &c. Zach. 9. Ecce rex tuus venit tibi *Zach. 9.*
 iustus saluator, & ipse pauper in secundo
 quidem aduētū liberabit ab omnimoda
 seruitute & peccati & miseriæ. Tūc enim
 adimplebitur quod tantoperè postula-
 mus, Matth. 6. Libera nos à malo, Iudæi *Matth. 6.*
 enim confundunt formam primi aduen-
 tus & effectum illius de quibus Esa. 42.
 Zac. 9. & Dan. 9. cū forma secūdi aduen-
 tus gloriosa de qua, Ezech. 39. Dan. 9. Zac. *Esa. 42.*
 9. Sophon. 4. Matt. 16. 24. & 25. Luc. 21. & *Zacha. 9.*
 1. ad Thessal. 4. Cuius effectus est iudica- *Dan. 9.*
 re & animaduertere in rebelles tā ex ho- *Ezech. 39.*
 minibus quam angelis. In primo autem *Dan. 9.*
 aduentu quoniam apparuit vt dissoluat *Zacha. 9.*
 opera diaboli, prouocauit eum ad singu- *Sophon. 4.*
 lare certamen, Matth. 4. qui habuit legiti- *Matth. 16.*
24. & 25.
Luc. 21. &
1. ad Thes. 4
Matth. 4.

mam causam pugnandi contra immanif-
 simum hostē Dei, qui arrogabat sibi cul-
 tum & adorationem Deo propriā Deut.
 32. Psal. 95. & 106. vt vellet etiam se adora-
 ri à Christo Matth. 4. Item erat hostis hu-
 mani generis quod fraude captiuasset.
 Priusquam autem congredierentur, Chri-
 stus, tanquam per feciales, ore prophe-
 tarum denunciauerat ei bellum, Gene. 3.
 Psal. 71. Et is ipse Christus Ioannis 12. quē
 ipse diabolus adortus est in deserto, Mat.
 4. tribus certaminibus voluptate scilicet,
 superbia & auaritia, primū deuicit ver-
 bo damnans omnem voluptatē, Matt. 10.
 & 16. & Luc. 16. prædicatque crucem, Lu.
 21. Superbiam autem humilitate deuicit
 quā etiam prædicat, Luc. 1. 18. & Matt. 23.
 auaritiam contēptu diuitiarum, Matth. 6.
 & 8. Certatū in morte iussu patris. Ioā. 14.
 sicut mandatum dedit mihi pater, sic fa-
 cio, ad hoc missus vt suis vulneribus con-
 sequeretur victoriam nouo pugnandi ge-
 nere: nam nobile vincendi genus est pa-
 tientia, Esa. 53. propter scelus populi mei,
 &c. Vicit nullo spirituali vulnere rece-
 pto Ioan. 14. venit enim princeps, &c. &
 in me, non habet quicquam. Sistitur an-

Deuter. 32.

Psal. 95. &
106.

Matth. 4.

Gene. 3.

Psal. 71.

Ioan. 12.

Matth. 4.

Matt. 10.

& 16.

Luc. 16.

Luc. 21.

Luc. 1. 18.

Matt. 23.

Mat. 6. & 8

Ioan. 14.

Esa. 53.

Ioan. 14.

te tribunal patris in horto, cruce: item coram Pilato, Herode, Iudæis & ab omnibus declaratur innocēs à Pilato, Hærode, vxore Pilati, Iuda centurione, latrone, à flentibus eum, denique à percutientibus pectora sua declaratur iustus, Act. 2. & 3. Dicunt Apostolis quid faciemus fratres? Vnde victoria Christi, dicitur Dei, Esa. 9. Sceptum eius superasti sicut in die Madian, Iudic. 7. At dices cùm victoria (ex August.) sit repugnātium subiugatio, quomodò sua morte vicit Christus, nam bellatores dissentiunt & Christus volebat suam mortem item pater & diabolus & Iudæi: respondetur quòd is bellat & militat qui suis laboribus, sudoribus, fatigationibus & cæteris id genus, opus alterius conatur destruere & eum extra possessionē exigere, quod plerunque contingit prudentia, artē, strategemate, bono que dolo contra hostem qui meretur illudi & falli, qui sapius proprio gladio iugulatur, & capitur laqueo, quē aliis parauerat, vt Aman Hest. 7. & licet iidem voluerint, non tamen eadem intentione. Vnde quæ Christus & passus est in vita & morte, eò spectabant, vt dif-

Act. 2. & 3.

Esa. 9.

Iudic. 7.

Hest. 7.

Colof. 2. solueret opera diaboli & satisfaceret iustitiae diuinæ. Qua satisfactione deleuit & vicit peccatum, delens chyrographum decreti ad Coloss. 2. & omnia quæ consequuntur peccatum, diabolum videlicet, mortem, infernum & mundum diaboli regnum, Ioan. 16. Confidite, ego vici mundum. Præterea tanquam mediator Dei & hominum, 1. ad Timoth. 2. conciliavit nobis patris amicitiam, vnde dicitur princeps pacis, Esa. 9. Triumphauit enim Christus non violentia, & dominatu, sed lege iustitiæ, veritatis & sapientiæ, vt iam nõ valeat potestas Satane in hominẽ reum mortis, eo quòd interfecerit hominem iustũ Christum videlicet. In quo nulla causa mortis, vt patuit cõfecto processu. Vnde iustissima lege tenetur dimittere credentes in Christũ hominem quem iniustẽ occidit detinebat enim hominem captiuum tantum, vt executor diuinæ iustitiæ ob peccatũ, quod erat causa propter quam dominabatur homini, & trahebat ad mortẽ: quare dicitur princeps mortis, Hebr. 2. & Sapient. 1. Inuidia enim diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Quia tamen abusus est sua mortis

Colof. 2.

Ioan. 16.

1. Tim. 2.

Esa. 9.

Hebr. 2.

Sapient. 1.

potestate in filium Dei innocētem & dilectissimum, Matth. 3. & 17. amisit suam Matth. 3. & 17. potestatē super eos qui sunt Christi membra, & corpus eius. In quibus olim regnabat per peccatum & infidelitatem, præcipuè super Ethnicos. 2. ad Cor. 4. & Ephes. 2. & 4. à quibus pellendus erat per Christū, qui debebat regnare super eos. Eph. 2. & 4.
 Gen. 49. Esa. II. 42. 49. Ozæ 1. & 2. & Gen. 49. Gen. 49.
 Gen. 22. In semine tuo benedicētur omnes gentes. Vnde Ioan. 10. Habeo alias Esa. II. 42. oues quæ non sunt ex hoc ouili, & eas 49. oportet me adducere, & fiet vnum ouile, Ose. 1. & 2. & vnus pastor. Nam ex Iudæis & gentibus constituit vnā ecclesiam. Gen. 22. ad Eph. 2. Ioan. 10. Ephes. 2. Num. 21.
 tum dominium diaboli super Israel ablatum erat post legem. Ideo serpens suspensus est. Num. 21. & Deus voluit dici Dominus Israel. De victoria autē, & triumpho Christi, Psal. 47. & Esa. 63. Vnde Psal. 47. Esa. 63. cantica istius triumphī decantantur in cælo assiduè s.
 7. & 14. Apocal.